Universitätsbibliothek Paderborn

Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi coadiutoris

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Versvs IV. V. & VI. Et in tua aspiratione dulci. Bonorum & gloriæ plena. Quàm delicate me amore succendis!

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

Visual Library

reſpirat, percipit Anima Dei reſpirationem. Et propterea dicit:

Et in tua aſpiratione dulci.

VERSVS IV. V. & VI.

Et in tua aſpiratione dulci
Bonorum & gloriæ plena
Quàm delicate me amore
ſuccendis!

DE illa Aſpiratione Dei, nollem loqui ego, ſed neque volo: manifeſtè enim animaduerto me neſcire de ea loqui; & minorem apparituram, ſi eam verbis exprimerem. Eſt enim aſpiratio quædam, quam DEVS facit Animæ, in qua, in illa ſublimis notitiæ Deitatis excitatione, aſpirat illi Spiritum ſanctum ad notitiæ proportionem: qui profundiſſimè illam abſorbet, amore illam delicatiſſime inflammando, ſecundùm illud quod vidit, cum enim aſpiratio bonorum & gloriæ ſit plena, bonitate illam & gloria repleuit Spiritus ſanctus, qua in re amore illam ſui ſuccendit, ſuper omnem gloriam & ſenſum; & propterea ab hac tractatione ſuperſedeo.